

lia consonantiora, grauiora, leuiora,
& quodammodo nitidiora, alia con-
tra. Tractatione autem, cum aut pro-
pria sumuntur rerum uocabula, aut
addita ad nomen, aut noua, aut pri-
sca, aut ab oratore modificata, & in-
flexa quodammodo, qualia sunt ea,
quæ transferuntur, aut immutantur,
aut ea, quibus tanquam abutimur,
aut ea, quæ obscuramus, quæ incre-
dibiliter tollimus, quæq; mirabilius,
quàm sermonis consuetudo patitur,
ornamus. C.F. Habeo de simplicibus
uerbis, nunc de coniunctione quæ-
ro. C.P. Numeri quidam sunt in con-
iunctione seruandi, consecutioque
uerborum. Numeros aures ipsæ me-
tiuntur, ne aut nō compleas uerbis,
quod proposueris, aut redundes.
Consecutio autem ne generibus, nu-
meris, temporibus, personis, casibus
perturbetur oratio. Nam ut in sim-
plicibus uerbis, quod non est latinū,
sic in coniunctis, quod non est con-
sequens, uituperandum est. Commu-
nia au-